

sumptione falsi. Hinc etiam scribit idem Iaf. d. nu. 295. vers. 5. fallentia, quod quando reperitur instrumentum debiti penes debitorem, præsumitur debitum solutum, non tamen defertur iuramentum in supplementum, quia illa præsumptio est sine causa. Quæ de re attingemus etiam infra lib. 3. in præsumpt. 53. ubi explicabimus præsumptionem illam, quæ sumitur ex Chirographo lacerato. existenti apud creditorem.

Hinc tradit Bennenut. Straccha in tract. de mercatura, par. 2. num. 82. quod si mercator agit rei vindicatione aduersus mercatorem, ad mercium sarcinulam, quæ ballam vulgo vocant, & actor probat Sarcinulam illam suo signo signatam, aduersarius vero vno teste semiplenam probet eam Sarcinulam suam esse: Cum præsumptio sit pro actore ob illud signum Sarcinulæ, vt dicemus lib. 2. præsumpt. 48. non poterit deferri ipsi reo iuramentum hoc supplementium. Hinc respondit Crauet. in consil. 287. col. 6. vers. & licet. Cum respondit, quod etsi tortura minus sufficiens non purget omnia indicia, quæ erant contra illum tortum, attamen aliquam præsumptionem facit, quæ quidem præsumptio erit sufficiens ad impediendum iuramentum supplementium aduersarij, contra ipsum tortum.

Præsumptionibus duabus concurrentibus, an tertia, quæ alioqui est necessaria, iuramento suppleri possit?

S V M M A R I V M.

Præsumptionibus tribus requisitis in aliquo actu, duabus existentibus, tertia per iuramentum nequit suppleri. Et quæ sit ratio num. 2.

Q V A E S T I O LXXXIV.

Q V A E R O octuagesimoquarto, si in aliquo actu tres præsumptiones requirantur, & duæ tantum concurrant, an tertia per iuramentum possit suppleri? Et suppleri non posse docuit Caccialup. in l. admonendi, nu. 225. ff. de iureiur. Exemplum ille adfert in tribus illis coniecturis, & præsumptionibus, quæ requiruntur ad detegendum contractum esse feneratorium, iuxta c. illo vos. de pign. & c. ad nostram de empt. & vendit. q. scilicet ad sit pactum de retrovendendo, modicitas pretij, & q. ille emptor consueuerit feneratori. si ergo duæ ex prædictis coniecturis erunt probatæ, tertia iuramento suppleri non poterit. Ita affirmat Caccialup. præcitato loco, post Lapum in c. vlt. de iureiur. Ea est ratio, quia singulæ hæc præsumptiones separatim debent esse probatæ, vt præcatis in locis. Etsi ergo duæ erunt probatæ, non tamen tertia, & ideo considerari in ea non potest aliquod supplementum ex adhibito iuramento.

Præsumptio an operetur, vt is, contra quem est, iurare debeat de calumnie.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurare de calumnia tenetur, contra quem extat præsumptio.
2 Iuramentum calumnie exigere potest iudex, cum ei videbitur expedire.
3 Iuramentum calumnie, quando etiam in causa matrimoniali præstari oporteat.
4 Iuramenti calumnie, vel malitiæ, quis sit effectus.

Q V A E S T I O LXXXV.

Q V A E R O octuagesimoquinto, an præsumptio hinc pariat effectum, vt is contra quem est, cogatur iurare de calumnia? Et effectum hunc prætere, probat, cap. 2. in fine, de iuram. calum. in sexto, dum statuit, iudicem præsumptio posse exigere iuramentum malitiæ & calumnie, cum expedire ei videbitur. Id quod exponit glossa

ibi, quando videt ex coniecturis & præsumptionibus malitiosè agi, & excipi. Et ibidem scribunt Gemin. col. 2. & Francus in vlt. notab. Idem quoque probat c. literas. §. propterea. de restitut. spoliat. ubi gloss. in verbo, recepto, affirmavit, iuramentum præstari in causa matrimoniali, quod alias exigere non solet, præstari oportere, cum aduersus petentem, vel excipientem obstat aliqua præsumptio. Et his iuribus adductis ita docuit Butr. in c. licet causam, num. 29. de probatio. Huc facit c. statutum. §. cum autem. ad finem. de refer. in 6. ubi iuramentum calumnie exigitur ab eo, quem iudex præsumit malitiosè petere dilationem. Id quod annotarunt & Ang. in l. interdum. ff. de iudic. & Casado. decis. 3. nu. 1. tit. de dilat. Hoc autem iuramentum hunc parit effectum, vt præsumptio, atque suspicio illa calumnie sublata, & extincta censetur, sicuti prædicti Doctores præsupponunt, & manifestè scribunt Claud. Seyfell. in l. Celsus. nu. 25. vers. tertio fallit. ff. de vncup. & Neuzan. lib. 3. Syluæ nuptia. num. 33. idem sentit Marian. Socin. Sen. in rubr. extra de iuramento calum. in fine.

Præsumptio an ita adiuuare possit testes singulares, vt probent?

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio, testes singulares, vt probent, adiuuat.
2 Testis vnus de veritate, coniunctus confessioni extrajudiciali facta incidenter, plene probat.

Q V A E S T I O LXXXVI.

Q V A E R O octuagesimosexto, an præsumptio adiuuare ita possit testes singulares, vt probent? Et præsumptio non obstat, q. testes. lib. 1. dum respondit coniecturas efficere, vt vehementer adminiculentur, quod sufficere dixit, sentiens probationem perfectam induci. Idem Castr. in consil. 282. In causa ista quinque. col. pen. vers. item non obstat, q. testes. lib. 1. dum respondit coniecturas efficere, vt vehementer adminiculentur, quod sufficere dixit, sentiens probationem perfectam induci. Idem Castr. in consil. 250. Vilo puncto supra scripto. col. pen. vers. & licet videantur. lib. 2. quem quidem secutus est Crauet. in tract. de antiq. temp. in 3. part. 4. part. princ. in fi. Et ij moti sunt ex c. vlt. de success. ab intest. ubi gloss. in verbo, vnus 7 testes. Et ex illo textu ibid. Abb. nu. 6. scriptum reliquit, testem solum de veritate, coniunctum confessioni extrajudiciali incidenterque factæ, quæ alioqui præsumptionem tantum facit, plene probare.

Præsumptio leuis seu qualis qualis, quid operetur circa probationes, an scilicet semiplenam probationem faciat, vel alias coadiuuet?

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio leuis semiplenam an faciat probationem, vbi opinio negatiua probatur. num. 2.
3 Præsumptionis leuis verus effectus quis sit.
4 Actore non probante absoluitur reus, nisi ad sit aliquid quod pro actore faciat.
5 Præsumptio leuis adiuncta vni testi, facit per iudicem deferri posse iuramentum supplementorium.
6 Suspectus de crimine ob leuem præsumptionem inquiri potest.

Q V A E S T I O LXXXVII.

Q V A E R O octuagesimoseptimo præsumptio leuis, seu qualis qualis, vt nostri appellant, quid operetur? Et plures effectus operari Doctores scribunt. Et primus est effectus, ex multorum opinione, vt semiplenam præ probationem faciat. Ita sanè Bart. in l. admonendi, nu. 45. ff. de iureiur. Butr. & Abb. in cap. penult. col. penult. de re iudic. cum scribunt, quod illa qualis qualis præsumptio, quæ oritur ex sententia inter alios lata, semiple-

semiplenam probationem facit. Quam quidè traditio nem probantur & Ang. in l. 2. ad finem. C. de edend. Decius in l. ex his, nu. 2. C. de testam. milit. consil. 42. & in consil. 72. nu. 3. Ceterum vera non est hæc ipsa traditio, cum verè semiplenam probationem non faciat, sicuti aduersus Bar. & sequaces rectius scripserunt Bal. in consil. 3. si egressus, in fine. lib. 4. Aret. in c. causam que col. 4. de testibus, & in consil. 163. col. 2. vers. vtrum autè, Coppolla in consil. 25. col. 2. in civilibus Curt. Sen. in consil. 73. Magoifice vir. col. 3. Iaf. in l. si duo patroni. in princ. col. 2. nu. 5. de iureiur. post Imol. ibidem docuit sibi parum constans Dec. in l. 2. nu. 50. C. de eden. Cum dixit, hanc qualem qualem præsumptionem inducere semiplenam probationem in causa connexa, ratione connexitatis. Hanc quoque sententiam probantur Ripa in d. l. admonendi, col. pen. nu. 202. ff. de iureiur. & in l. 2. nu. 36. C. de eden. Ferdin. Squar. in repet. l. filius. §. diui. nu. 329. de leg. 1. Moder. Parisien. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 5. nu. 38. Crau. in tract. de antiq. temp. in 2. parte, num. 48. & Did. lib. 6. Præc. q. cap. 13. nu. 1. vers. cæterum.

Secundus itaque, & verior effectus est, vt hæc qualis qualis præsumptio ita coadiuuet cæteras probationes, vt si alioqui quales essent ipsæ contendentium probationes præualeat hæc, quæ hac præsumptione coadiuuetur. Ita tradunt gl. in c. cum olim. il. r. de priuileg. Bal. in l. si duo patroni. in princ. & ibidem Iaf. nu. 3. ff. de iureiur. Alex. in l. militis. nu. 7. C. de test. milit. & in consil. 112. col. vlt. lib. 4. Fel. in c. cum dilecti. col. vlt. ver. primus. de acq. zulat. Curt. Sen. in d. consil. 73. col. 3. Ripa, Crau. & Did. quos supra commemoravi. Idè scripsit Arnald. Albert. in tract. de hæreticis, q. 34. nu. 44. Et ij quidè moti sunt arg. l. 4. §. additus. ff. de fideic. liber. ex l. possidere. ff. de acq. poss. & c. licet cam, de probat. Et huc pertinet gl. in c. 1. §. si duo. in verbo, testimonium, de pace tenen. Cum dixit, q. actore non probante reus absoluitur, nisi aliquid ad sit, quod pro ipso actore faciat, sicque alia præsumptio. Tertius est effectus, vt hæc qualis qualis præsumptio præ adiuncta vni testi, ita faueat, vt iudex possit ei deferre iuramentum supplementium. Ita Bart. in l. si duo patroni. in princ. nu. 3. ff. de iureiur. & ibidem nu. 5. Curt. Sen. in d. consil. 73. col. 3. Alb. in tract. de testib. par. 3. nu. 17. Fel. in c. cum dilecti. col. vlt. ver. secundus effectus. de accus. Ripa in d. l. admonendi, nu. 203. de iureiur. & Crauet. in tract. de antiq. temp. par. 2. num. 48. in fin.

Quartus est effectus, vt de aliquo crimine præ suspectus, ob hanc qualem qualem præsumptionem inquiri possit, sicuti inquiri potest ob informationem receptam parte non vocata, quæ dicitur facere qualem qualem præsumptionem, vt procedat c. qualiter & quado. il. 2. §. pen. de accus. l. vno. in c. 1. n. 5. de postul. prælat. Bart. in l. de submerfis. ex illo textu. C. de naufrag. lib. 10. Aret. in cap. 2. col. 2. de testib. & apertius & in specie magis Arnald. Albert. in d. tract. de hæreticis, quæst. 34. nu. 44. Ita etiã potest inquiri ex testimonio propinquorum occisi, quod tamen solam qualem qualem præsumptionem facit, vt dicemus sublequepti quæstione, in quinto iudicio.

Præsumptio ad inquirendum, qualis esse debeat.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsumptio & indicia ad inquirendum, & torquendum paria esse non oportet.
2 Indicia ad torquendum vrgentia, & ad damnandum vrgentiora requiruntur.
3 Indicium aliud iuris, aliud facti.
4 Indicium facti quid.
5 Indicium iuris quid.
6 Indicia leuora ad inquirendum, quam torquendum sufficiunt.

- 7 Inquisitio alia generalis, alia specialis.
8 Inquisitio ad quem finem fiat.
9 Inquisitio in generali cur sufficiant leuia indicia.
10 Inquisitionem generalem iudex incaute non debet facere, & quam ob causam.
11 Indicia ad prehensionem, & generalem inquisitionem à pari procedunt.
12 Testimonium cuiuslibet testis ad inquirendum generaliter sufficit, Idque etiam locum habere in testimonio inimici, vel banniti. num. 13.
13 Item in teste, qui propter atatem alias interrogari non posset. num. 14.
14 Assertio vulnerati superuenientis est indicium sufficiens ad generalem inquisitionem. Idem & fama. nu. 16.
15 Famam sufficere etiam ad inquisitionem specialem, prehensionem, & torturam secundum aliquos.
16 Inimicitia grauis est ad generalem inquisitionem, indicium sufficiens.
17 Testimonium propinquorum vulnerati vel occisi, sufficit ad generalem inquisitionem. Idque etiam ad prehensionem, & capturam suspecti. num. 20.
18 Indicia ad specialem inquisitionem qua sunt.

Q V A E S T I O LXXXVIII.

Q V A E R O octuagesimo octauo an præsumptiones, & indicia eadem esse debeant illa, quæ requiruntur, vt possit quis de crimine inquiri, cum illis, vt possit comprehendi, torqueri, & damnari? Et paria esse non oportere certum est. Nam etsi præsumptiones, & indicia vt prehensionis locus esse possit, pares sunt cum illis, quæ ad generaliter inquirendum sufficiunt. Attamen his vrgentiores esse debet illa, quæ requiruntur, vt delicto specialiter possit inquiri. Et multo vrgentiores præ esse debent vt torqueri, ac tandem multo vrgentiores vt possit damnari, sicuti scribunt multi, quos infra commemorabo, & inter cæteros manifestè Iulius Clarus in præc. crim. q. 20. pag. 1. vers. nihilominus. & Alc. in respon. 461. Et in sententia. nu. 11. Quocirca Bal. in l. seruos. vers. & adde. C. de testib. Scribit, indicium præ aliud esse facti, aliud iuris. Indicium facti est, quod iudex dirigatur in viam perferuationis, & tale indicium (inquit Bal.) potest per quemque fieri. qui vlt. sup. ff. de penis. Indicium autem iuris est (ait Bal.) quod habet aliquem effectum, & quod quidem dirigit in viam questionis habendæ, quoddam verò est, quod vna cum alijs adminiculis instruit iudicem in viam cõdemnationis. Et Baldi doctrinam probantur Fel. in c. cum dilecti. nu. 14. de accus. & Aegidius Bossius in tract. caular. crimin. tit. de inquisit. num. 4. Ad inquirendum præ itaque leuora sufficiunt indicia, quæ ad torquendum, & damnandum. Ceterum inquisitio (vt attigi supra) altero de duob. modis fieri solet. Vna est præ generalis, altera verò specialis. Generalis solum fit præ instructione magistratus, & iudicis, vt perquirere & indagare possit, quis delictum illud perpetraverit, vt deinde habita aliqua cognitione, & scientia delinquentis inquiri possit in specie. Ita scribunt Bart. in leg. 2. §. de publico. ff. ad leg. Iul. de adult. Ang. Aret. in tract. maleficiorum. in verbo, hæc est quedam inquisitio. Gædin. in tract. maleficiorum. tit. quomodo de maleficij cognoscatur, & alij, quos recenset, & probat Aegid. Bossius præcitato in loco, nu. 2. Et idè affirmarunt Blancus in præc. crimin. in princ. nu. 28. 29. Marfil. in præc. crimin. §. constante. & Robert. Maran. in præc. civil. parte 6. in princ. n. 7. qui satis egregiè praxim declarat. Quo itaque ad faciendum generale illam inquisitionem, sufficunt indicia leuia, modo aliquem colorem habeant. Illa verò quæ ad inquirendum specialiter requiruntur, paulò illis vrgentiora esse debent. Et ratio quare in generali inquisitione sufficiant leuia indicia, præcise est,

est, quia agit de leui præiudicio contra eum, qui deliquisse creditur. Ita ex sententia Baldi in l. r. c. de summa Trinit. & fide Cathol. & Marian. Soc. Sen. in c. qualiter & quando. il. 2. de accus. scriptum reliquit. Bossius in d. tit. de inquisit. num. 6. Admonent tamen interpretes isti, ne iudex incaute progrediatur ad hanc generalem inquisitionem, quia inquisitio hæc, etsi generalis sit, atamen aliquantulum lædit existimationem eius, qui inquitendusest, & apud graves, & probatos viros eius fama bona minuitur. Hic commemorabo aliqua indicia, quæ etsi non sufficiunt ad formandam specialem inquisitionem, sufficiunt tamen ad generaliter inquirendum, ac etiam ad prehensionem, cum à pari procedant indicia ad prehensionem, & ad generalem inquisitionem, & deinde hac eadem in questione subijciam aliqua alia indicia, quæ apta sunt ad formandum, & transmittendum specialem ipsam inquisitionis libellum. Paulò enim vrgentiora esse debent illa, ad inquirendum tam generaliter quam specialiter, & ad capturam.

Primum indicium ad generaliter inquirendum, oritur ex testimonio ÷ cuiuslibet testis. Ita sentit Bal. in d. l. seruos, vers. & adde, C. de testibus, quem sic declarat Bossius in d. tit. de inquisitione, nu. 4. qui eiusdem opinionis recenset Marian. Soc. Sen. in d. c. qualiter. Et ob id ait, Bossius, testimonium etiam ÷ inimici, vel bñanti, qui alioqui alias testificari non potest, sufficere. Et idem Bossius ibi, num. 61. ex aliorum sententia scripsit, testes qui propter ætatem aliàs ÷ recipi, & interrogari nõ possunt, interrogari posse ad inquirendum, intelligo ego ad inquirendum generaliter, quanquam Iul. Clar. in practica crim. q. 20. vers. ad formandum, intellexerit Bossiũ de speciali inquisitione loqui.

Secundum indicium sufficiens ad generalem inquisitionem, ÷ oritur ex assertione vulnerati superuivētis, (si enim decederet, indicium ad spalem inquisitionem, vt mox dicemus, faceret.) Is ergo vulneratus indicium hoc facit, sicuti scribitur Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, qui iudex ad probationem, num. 6. Igneus in l. Caius, num. 13. ff. ad S. C. Syllania. Lancell. Conrad. in tract. de prætoribus, pag. 256. vers. 10. adde. & apertius Iulius Clar. in practica crim. q. 20. vers. ad inquirendum. & q. 21. vers. assertio vulnerati, qui subiugit, hoc indicium et assertio ad capturam & prehensionem. Id quod affirmarunt Ant. Gomez. in 3. tomo variar. resolut. c. 13. nu. 16. & Petrus Placa lib. 1. epitome delict. c. 13. num. 15.

Tertium indicium aptum ad generalem hanc inquisitionem nascitur ÷ ex fama. Ita probat c. qualiter & quando, il. 2. §. pen. ff. de acen. Ang. Aret. in tract. maleficiorum in verbo hæc est quedam inquisitio, nu. 68. Tac. Nouell. in pract. crim. tit. que indicia præcedere debeant, nu. 24. in fin. & apertius Iul. Clar. in pract. crim. q. 6. in princ. & q. 30. vers. sic ad inquirendum. Ceterum cum non modò & Clarus ipse, sed & alij multi affirmant, famam ÷ sufficere etiam ad inquisitionem specialem, imò & ad prehensionem, ac etiam ad torturam, ob id infra suis in locis hac de re fusius disputabimus.

Quartum indicium sufficiens ad inquirendum generaliter, descendit ÷ ex graui inimicitia. Ita scribit Iul. Clar. in pract. crim. q. 20. vers. ad inquirendum, & q. 33. vers. inimicitia, qui quidem assertio, sufficere etiam ad specialem inquisitionem, & idem tradit Blanc. in l. vlt. num. 175. ff. de quæst. Et ij quoque scribunt sufficere ad prehensionem, & capturam.

Quintum indicium sufficiens ad generalem inquisitionem exoritur ÷ ex testimonio propinquorum illius vulnerati, vel occisi. Ita tradit Blancus in pract. crim. in prin. nu. 13. & nu. 28. qui cuiusdè opinionis recenset inter ceteros Ang. & Rom. in l. si quis in graui, §. si quis mortuus, ff. ad S. C. Syllan. Hoc autem indicium ÷ sufficit patenter ad prehensionem, & capturam huius suspecti, vt scri-

bunt Salic. in l. absentè, C. de accus. & in l. 2. C. de cust. reor. Blanc. vbi supra. num. 14.

Quo autem specialis ÷ inquisitio formari, & libellus reo transmitti possit, inter cetera indicia hæc solent connumerari.

Primo fama, vt diximus paulò supra, secundo grauis inimicitia, vt etiam attigimus supra, & vberius dicemus infra questione ab hac secunda, cum disputabimus, an indicium hoc ex inimicitia sufficiat ad torturam. Tertium indicium sufficiens ad inquisitionem specialem, oritur ex fuga. Ita sentit Blancus in l. vlt. num. 279. ff. de quæst. & apertius Iul. Clarus in pract. crim. q. 20. vers. ad formandum, in fi. Et de effectu fugæ multa dicemus infra questione ab hac secunda. Quartum indicium ad specialem inquisitionem aptum, oritur ex testimonio socij criminis, aliquibus tamen in casibus. Ita Alc. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 10. in fi. post Ang. Aret. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica, & scripti lib. 2. de Arbit. iudicum, casu 474. vbi vberimè ex planani, quam fidem faciat testimoniu socij criminis. Quintum indicium oritur ex assertione offensæ, existentis in articulo mortis. Ita Frac. Brunus in tract. de indicijs & tortura, parte 1. q. 3. num. 26. Iul. Clar. in pract. crimin. §. si. vers. assertio vulnerati. Sextum indicium oritur ex denunciatione syndici, vel alterius officialis præpositi ad ferendum crimina. Ita Salic. in l. ea quidem, col. 6. vers. 10. quero, C. de accusat. Ang. Aret. in tract. malefic. in verbo, nec non ad denunciationem, num. 14. Marfil. in pract. crim. in fine principij. Blancus in pract. crimin. in verbo, his præmissis, num. 130. & idem in tract. de indicijs & tortura, num. 396.

*Præsumptio qualis esse debeat, vt questionibus & tormentis locus sit?*

*S P M M A R I V M.*

- 1 Indicia & præsumptiones ad torturam sufficientes quæ sint, iudex arbitratur.
- 2 Tortura & questionibus locum facere non solum præsumptiones, sed indicia. Et qualia illa esse debeant, num. 3. & 4.
- 3 Indicium ad torturam sufficiens oritur ex attestacione testis vnus, de visu ipsius gesti & actus, & delicti commissi. Nec opus est, vt omni sit exceptione maior. num. 6.
- 4 Testis vnus de visu non solum indicium, sed & semiplenam facit probationem. Et quæ concurrere debeat, vt huic indicio sit locus. n. 8. 10. et 11.
- 5 Testis vnus ad indicium faciendum, quando necesse non sit vt omni careat exceptione.
- 6 Testis vnus omni exceptione maior, indicium facit etiam in crimine læse maiestatis.
- 7 Testi omni exceptione non maiori, quando iudex possit adhibere fidem.
- 8 Confessio extraiudicialis accusati, facit indicium sufficiens ad torturam.
- 9 Confessio extraiudicialis facit semiplenam probationem.
- 10 Confessio extraiudicialis, vt faciat indicium quæ requirantur, num. 17. 19. 20. & 21.
- 11 Falsum sine causa non presumitur commissum.
- 12 Confessio extraiudicialis etiam minoris, indicium ad torturam præbet, si talis sit qui torqueri possit.
- 13 Confessio extraiudicialis torturæ locum facit, facta etiam parte absente.
- 14 Confessio tacita orta ex responsione accusati, dicitur præsumptio violenta.
- 15 Confessione extraiudiciali per reum reuocata, locus non est torturæ.
- 16 Confessio sacramentalis facta coram sacerdote, non facit indicium ad torturam. Et quæ sit ratio, num. 27.
- 17 Fama quibusdam alijs adminiculis concurrentibus, est ad torturam

- 18 Fama non habet vim testimonij, sed vices accusatoris obtinet, vel indicis.
- 19 Fama plus mali, quam boni nunciat.
- 20 Fama vt indicium ad torturam faciat, quæ requirantur.
- 21 Fama vehemens absque alijs adminiculis, indicium torturæ præbet.
- 22 Fama vehemens quæ sit, iudex arbitratur.
- 23 Fama sola indicium ad torturam facit in his, quæ sunt difficilis probationis.
- 24 Fama cum denunciatione syndici concurrens, indicium præbet questionibus.
- 25 Fuga ad torturam est indicium sufficiens.
- 26 Fuga quando questionibus faciendis non præbeat indicium, nu. 38. 39. & ibid. additur declaratio, nu. 40.
- 27 Fuga ob contumaciam indicium facit, concurrens lenitate vitæ in accusato, vel alio quodam adminiculo.
- 28 Fugiens ex carcere, eo tamen non fracto, indicium ad torturam facit, & quando.
- 29 Fuga iniuste carcerati, torturæ non est indicium sufficiens.
- 30 Carere descendens animo redeundi, non facit indicium questionibus.
- 31 Carcerem frangens vel compedes rumpens fugiendo non solum torturæ indicium facit, sed & probationem plenam, si fuga cum conspiratione facta fuerit.
- 32 Fuga sola etiam absque conspiratione, si cum carceris fractura fiat, plenam probationem criminis facit in aliquibus casibus, num. 47. & 48.
- 33 Fuga cum fractura carceris, quando ad condemnationem probationem non faciat.
- 34 Fuga scholarium ex privilegio contra ipsos non facit indicium, excepta hæresi.
- 35 Inimicitia capitalis aliquibus concurrentibus, torturæ indicium est.
- 36 Inimicitia leuis, etiam cum alijs adminiculis, questionibus non facit indicium.
- 37 Inimicitia causata ex offensione non sibi, sed suis facta, indicium facit questionibus.
- 38 Inimicitia orta inter reum & indicem, efficax est, vt iudex queat reculari.
- 39 Testem ob inimicitiam repelli.
- 40 Offendens alium, & inimicitiam causam probans, potest petere sibi cauere, ne offendatur.
- 41 Inimicitia effectus pœ reconciliationem de recenti, nan censetur sublatus.
- 42 Inimicitia in specie probari debet, vt torturæ fiat indicium.
- 43 Mina præcedentes questionibus faciunt indicium, & de quibus minus id accipiendum. num. 60. 61. & 62.
- 44 Mina facta ab eo, qui non consuevit exequi, alijs adminiculis non concurrentibus, ad torturam nec quidquam faciunt indicium.
- 45 Iracundia calore multa proferuntur, quæ executioni non mittuntur.
- 46 Lingua lubricum ad penam facile non est trahendum.
- 47 Mina in dubio mediante iustitia, non propria auctoritate intelligi debent.
- 48 Mendacium & variatio accusati vel inquisiti, questionibus an præbeat indicium, vbi recensentur opiniones, nu. 68. 69. & 70.
- 49 Turbatio & trepidatio animi, in accusato vel inquisito, torturæ faciunt indicium alijs concurrentibus.
- 50 Vultus aspectusque sola mutatio, non facit indicium ad torturam, & quæ sit ratio, num. 73.
- 51 Testimonium socij criminis, concurrentibus alijs adminiculis, ad torturam facit indicium. Et quando id non habeat locum.
- 52 Testimonium mandatarij alijs adiutum adminiculis, questionibus indicium præbet, & quæ sit ratio, num. 76.
- 53 Confessio & attestatio offensæ facta in mortis articulo, torturæ indicium esse sufficiens. Vbi tamen referuntur opiniones,

- numero 78. 79. & 80.
- 54 Indicia leuia concurrentia cum assertione offensæ in articulo mortis facta questionibus præbent indicium.
- 55 Assertio raptæ in articulo mortis facta contra raptorem, indicium ad torturam facit.
- 56 Confessio facta ex pace inita cum offensa, pretio interueniente, torturæ indicium sufficiens. Et secundum aliquos ad condemnationem quoque, num. 84. Et quibus de casibus hoc intelligendum. num. 85.
- 57 Confessio ex pace inita, illa etiam nondum conclusa, an sit torturæ indicium.
- 58 Confessio orta ex pace inita, pretio numerante patre, vel conuincto, non facit torturæ indicium, & quæ sit ratio, nu. 88.
- 59 Conuersatio & cohabitatio, delicto in domo, vel vicinia commissio, indicium ad torturam facit.
- 60 Socius repertus occisus in domo socij, ab ipso socio præsumitur occisus.
- 61 Marito reperto mutuo tacente muliere, contra ipsam extat indicium, & è conuerso.
- 62 Mortuus repertus ante domum alterius, inimicitia concurrente, præsumitur à domino domus occisus. Limitatur id, numero 93.
- 63 Damnum à vicinis datum præsumi.
- 64 Furtum à vicinis factum præsumi, vel eo, qui cõsuevit in ea domo conuersari, nu. 96. cum declaratione, nu. 97. & 98.
- 65 Furtum à viro bonæ conditionis & fama factum non præsumi, & si res penes eum reperitur.
- 66 Telo vel gladio visus in loco, alijs concurrentibus veluti fama, vel inimicitia, indicium facit torturæ.
- 67 Delinquendi consuetudo, torturæ præbet indicium, modò concurrant alia, idque extenditur, nu. 102. Et quando non procedat, num. 104.
- 68 Futura indicamus & metimur ex præteritis.
- 69 Famam malam triennio purgari.
- 70 Sollicitans vltro & diligenter, vt de malefactore inquiratur, cum sua non interfit, indicium præbet ad torturam.
- 71 Socius non deserens mortem socij reperti in domo sua occisi, torturæ facit indicium.
- 72 Recipiens scienter in domo sua delinquentem, nulla inter ipsos affinitate suadente, indicium torturæ præbet.
- 73 Associates delinquentem statim delicto commissio, ne comprehendatur, locum facit torturæ. Et quando associatio facta excusetur, num. 110. & 111.
- 74 Testium examinationem, quamuis consanguinei impediunt, non est præsumptio contra accusatum.
- 75 Impedire maleficium, qui potuit & debuit, non faciendo, locum torturæ relinquit.
- 76 Torqueri potest is, qui non ignorans latrones adesse, mercatoribus viam monstrat ad locum illum tendentem.
- 77 Torqueri potest, qui secretò ad aures colloquutus est cum eo, qui deinde delictum commisit, modò alia adminicula adsint, num. 116.
- 78 Reus inquisitus, visus egredi domum ense stricto, eoque cruento, torqueri potest, & secundum aliquos etiam condemnari, num. 118.
- 79 Indicium ad torturam sumitur contra eum, qui domum exiit, vbi delictum commissum est, ex acclamatione in domo existentium.
- 80 Pecuniam suscipiens mutuo, ex qua statim arma emit, & homines conduxit, indicium facit delicti commissi, vt torqueri possit. Nec innocens est is, qui pecuniam credidit num. 121.
- 81 Arma poliens, gladium acuens, aut alia ad delictum præparans, quæ alias facere non consueuerat, torturæ facit locum.
- 82 Venenum emptum ab aliquo, si quis eoreperitur statim interfectus, indicium ad torturam facit contra ementem, nisi contrarie præsumptiones adsint, num. 124.
- 83 Conuersatio mala alio adminiculo concurrente, torturæ facit indicium.
- 84 Frequentatio loci assidua, in quo quis reperitur occisus, indicium est ad torturam sufficiens, alio adminiculo accedente.